717 d. n. | Fl. Iulio | Crispin|o[1] nob. C. | XIIII.

In Numidia, inter Cirtam et Rusicadem, prope Smendu, rep. lapis miliarius (Eph. ep. 5, 1140 vidit J. Schmidt). — 1) *Similiter in alio lapide Africano (infra N. 761) Valens dicitur Valentinus.*

---

718 d. n. | Fl. Delmatio | nob. | Caes.

Saillans in agro Vocontiorum, columna miliaria (XII 5505 vidit Hirschfeld). — *Delmatius Caesar factus est a. 335, occisus post mortem Constantini a. 337.*

---

719 d. n. Flav. | Delmatio | nob. Caes. | col. Simitthus | devota. | I

Simitthu (Schemtû) provinciae Africae, columna miliaria (Eph. ep. 5, 1114). In eodem lapide postea incisus est titulus Valentiniani et Valentis (Eph. 5, 1115).

---

720 m. p. CXXXI. | D. n. Fl. Del|matio betissimo *(sic)* | Aug. nobilis|simo Caes. | Fl. Octavian. | p. p. Sard.[1] devo|tus numi|[*ni maiestati*]|que eius.

In Sardinia, columna miliaria viae Caralibus Turrim ducentis (X 8015 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Praeses provinciae Sardiniae.* — *In eadem Sardinia nuper prodiit alter miliarius nomine Delmatii inscriptus, in quo appellatur non Augustus ut hic sed pontifex maximus, pater patriae, tribunicia potestate (Notizie 1888 p. 552).*

---

721 d. n. | Flavio Claudio | Constantino, | patre avo ma|ioribus[1] im|pp. nato, Caesari nob., sem|per orbi taer|re profuturo. | V

Prope Forum Iulii (Fréjus) rep., lapis miliarius viae Aureliae (XII 5457 descripserunt Peiresc aliique). — 1) *Significatur Claudius Gothicus.*

---

722 domino nostro | Fl. Claudio Constantino | fortissimo hac[1] | beatissimo Caesari[2], | Fl. Ursacius v. p.[3], | tribunus cohorti|um urbanarum | X XI et XII et fori | suari.[4]

In foro Romano rep. (VI 1156 descripserunt Pighius aliique; lapide postea, a. 377, usi sunt ad inscribendum alium titulum). — 1) hac *pro* ac. — 2) *A. 317—337.* — 3) *Vir perfectissimus.* — 4) *Cf. Zosimus 2, 9, 3 cum adnotatione Mendelssohnii; Symmachus ep. 2, 14.*

---

723 ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | [*nobilis*]simo [*Caes.*][1], | filio d. n. Constan|tini maximi victori|osissimi semper Au[*g.*], | nepoti M. Aureli Ma|ximiani et Fl. | Constanti divorum, | et divi Claudi abne|poti, Norici medi|ter. devoti numi|ni maiestatique | eorum.

Prope Celeiam (Cilli) Norici (III 5207 vidit Mommsen). — 1) *Nomen abrasum, quod Constantis fuisse puto (cf. infra N. 729).*

---

724 [*ddd. nnn.*] Fl. Cl. Constantinus Al[*amannicus*][1] | et Fl. Iul. Constantius Sarm. [*Per*]si[*cus et*] | Fl. Iul. Constans Sarm. pii felices Augg[*g.*] | locum in parte limitis positum, gentilium | Goth[*oru*]m [*t*]emeritati semper aptis|simum, ad confirmandam provincialium | suorum aeternam securitatem erecta is|tius fabri[*c*]ae munitione clauserun|t latrunculorumque impetum peren|nis mun[*imi*]nis dispositione tenuerunt, | adcurante Sappone v. p. duce limitis | Scythiae.

Troesmi (Iglitzae) rep. (descr. Tocilescu cf. arch. ep. Mitth. aus Oestr. vol. XV). — *Titulus positus inter a. 337 et 340, quo anno Constantinus iunior occisus*

archive.org